

1211 Hunc populus Judæ modo Matthaniam vocat-
[batur,
Quem Nabuchodonosor nunc Sedecia vocat.
A Nabuchodonosor Sedecias inde recessit.
Jerusalem capta, captus et ipse fuit.
Rex jugulare jubet famulis natos Sedeciam,
Post oculos ejus præcipit effodere.
Rex Nabuchodonosor Sedeciam carcere clausit,
Sicque decus regni Jerusalem perit.

A 1212 A Babylone fuit missus princeps Nabuzar-
[dan,
Jerusalem veniens ut spoliaret eam.
Hic Domini templum succendens, diruit arces
Quas tenere prius Jerusalem proceres.
Iude ferens gemmas, aurum transvexit, et omne
Materia clarum quod fuit, aut opere.
Transtulit hic tales gemmas ex ære columnas,
Ut similes orbis non habeat gemmas.

VEN. HILDEBERTI

CENOMANENSIS EPISCOPI

DIVERSORUM SACRÆ SCRIPTURÆ LOCORUM

APPLICATIO MORALIS EX VETERI TESTAMENTO

AB IPSO EXCOGITATA ET METRICE REDDITA.

Ex ms. codice monasterii S. Mariani Antissiodorensis ord. Præmonstratensis

§ I. Vocavitque Deus firmamentum cælum (Gen. 1, 8).

(Exstat et in Colbert. n. 1367.)

Cælum factum firmamentum mystica res est,
Nam cælum bonus angelus est, qui postea factus
Est firmamentum; firmatus ne queat ultra
Jam labi; quoniam stetit hic, dum labitur [Colb. hic
[dilabitur] alter.

§ II. Similitudo paradisi et Ecclesiæ

(E duobus Gemmeticensibus 77 et 98.)

Denotat Ecclesiam paradisus; et in paradiso
Est lignum vitæ, Christus in Ecclesia.

Cætera ligna, viri justi; fructus, bonus actus.

Quatuor ex uno flumina fonte fluunt.

Sic Evangelii sunt libri quatuor; eorum

Nos doctrina rigat, fructiferosque facit.

Lignum per quod Adam quæ sint bona, quæ mala
[coovit,

Libertas nostri dicitur arbitrii.

§ III. Deus cor respicit, non munus ipsum (Gen. 14, 4).

(In Gemmeticensi.)

Respexit Deus ad Abel, respexit ad ejus

Munera; plus placet affectus, quam munera dantis.

Unde prius dantem respexit, postea munus;

Nam per munus Abel, per Abel sunt munera grata.

§ IV. Quid significant diversæ contignationes Arcae
Noe (Gen. vi, 14).

(Exstat in supradicto Colb. 1367.)

Arca Noe sursum fuit arca, sed ampla deorsum,
In cubito perfecta; deorsum bruta locantur,

B Et post hæc homines, volucres super: arca figurat
Ecclesiam; multos in ea cognoscimus esse
Irrationales [Col. irrationabiles]; sic dilatatur in
[illis,

Sunt homines in ea, sed pauci qui sua quærent
Et peccare cavent, sic angustatur in istis.

Sunt in ea rari quibus est spernere mundum,
Virtutum pennis, ut aves, tolluntur ad astra;

Hi juxta cubitum resident in parte superna.

Nam bene pro meritis loca distinguntur eorum.

Christum designat cubitus; spes tendit ad illum
Ecclesiæ, quo perveniens nil appetit ultra.

§ V. Arcum meum ponam, etc. (Gen. ix, 13.)

Judicium per aquam transivit, eritque per ignem.

Ceruleus color et rubeus notat istud in arca;

Ceruleus color est in aqua, rubicundus in igne.

§ VI. Quid significet Abraham patriam deserens (Gen. 12, 1).

Est Abraham dictum: Terramque tuosque relinque
Cognatos; magnæ gentis dux constitueris.

Terra, caro; cognatio nostra, gens vitiorum.

Exit ab ambobus, qui carnem mortificavit

Cum vitis; datur huic gens maxima, plurima
[virtus.

1213 § VII. De eodem (Gen. xii, 11).

(E Gemmetic.)

Terra, caro; cognatio nostra, genus vitiorum.

Exit ab hac terra, qui carnem mortificavit

Cum vitis; datur huic gens maxima, plurima vir-
[tus.

§ VIII. *Cur Sodomitas domum Lot ingredi nequiverint* (Gen. xix, 1).

Vult intrare, nequit fera gens Sodomitæ, domum [Lot.

Vitam justorum cupiunt reprehendere pravi, Sed non inveniunt aditus; qua parte subintrent Obstat eis paries firmis: us hospite sancto.

§ IX. *Lot fugiens Sodomam, vir castus* (Gen. xix, 4).

Lot fugit ardentem Sodomam montesque requirit; Vir fugiens Venerem, mundæ petit ardua vitam.

§ X. *Immolatio Isaac, figura sacrificii Christi* (Gen. xxii, 5.)

(E Gemmeticensibus etiam 77 et 98.)

Est Abraham Pater; est Isaac Christus; duo [servi,

Divinus populus sub regum sorte duorum; Stultitia est asinus. Isaac ad sacrificandum Ducitur; expectant servi, retinentque jumentum. Sic cum stultitia remanent, nec adesse merentur Sacro mysterio, Christum nec credere passum. Expectant potius venturum, donec ad illos Ipse revertatur, cum circa tempora mundi Ultima suscipiant verbum, stentque fideles. Ligna puer, Christusque crucem portasse feruntur, Sic tamen est aries, non infans sacrificatus; Sic Christi caro, non Deitas, est in cruce passa.

† *Aliter collex Turon. 117.*

Patrem significat Abraham, sua victima Christum, Israel et Judam duo servi, bestia bruta Stultitiam. Puer est ductus, remanentque clientes Et retinent asinum; Christi comes esse recusat Insiptens populus, remaneas sub lege vacante. Ligna puer, etc.

§ XI. *Rebecca figura Ecclesiæ* (Gen. xxiv, 15).

Cum sponsum Rebecca videret vecta camelo, Descendit, faciemque suam suffusa robore Velavit. Sponsus Christum, Rebecca figurat Ecclesiam de gentibus. Hæc erat in vitiosis Moribus et tortis; ut Christum novit, ad ipsum Tendens, de fastu mundi, descendit et actus Præteritos recolens patitur confusa pudorem,

§ XII. *Sara in duplici spelunca sepulta, typus vitæ contemplativæ et activæ* (Gen. xxv, 19).

Spelunca duplici Saram sepelisse vir ejus Fertur. Fossa duplex vitam designat utramque, Activam, contemplativam; virque magistrum Ecclesiæ, conjux animam, quæ mortua mundo In duplici via sepeliri debet, ut hic sit

1214 Contemplatorque activus, vitiisque sepul- [tus.

§ XIII. *Quid odor illi sicut odor agri pleni* (Gen. xxvii, 21).

(In Gemmeticensi.)

Pleus ager forum plenum virtutibus orbem, Pocula doctrinæ, nos violæ quæ serpit in imo, Illos significat qui vitant culmen honoris. Sic tanquam flores redolent exempla bonorum. Filius est populus gentilis; cumque per orbem Sparaus jam credit, odor illius est odor agri.

§ XIV. *Occasio peccati fugienda* (Gen. xxxiv, 1).

Exiit ignotas mulieres Dina videre, Opprimit hanc Sichem dux terræ; mulcet eandem Blanditiis; animam designat digna [f. multa] vagan- [tem.

Extra propositum; corrumpit protinus illam Spiritus immundus, qui princeps dicitur hujus Mundi. Si velit hæc resipiscens crimina flere, Blanditiis mulcet corruptor; gaudia mundi Opponens, multisque modis retinere laborat.

§ XV. *Quid significat historia Joseph* (Gen. xxxvii, 2).

(E Gemmeticensi.)

Per Jacob Patrem, per Joseph respice Christum, Per fratres ejus Judæos. A Patre Joseph Fratribus est missus; Judæis a patre Christus. Hi sunt in Dothain: Dothain defectus utriusque. Sunt in defectu; fratres fratri machinantur Mortem; Judæi Christo. Spoliatur uterque; Joseph veste sua, carnali tegmine Christus. Ingredilur Joseph cisternam, Christus avernum; Venditur Ismaelitis hic et gentibus ille Per sacræ fidei commercia; ductus Ægyptum Est Joseph, Christique fides est nota per orbem. Hic dominatur ibi, Christus dominatur in orbe.

§ XVI. *Virga Moysi in serpentem versa quid figuret* (Exod. iv, 3).

(In Gemmeticensi.)

Israel est Moyses, et virgo superna potestas; Serpens, mortalis hominum natura; per illum Mors venit; Moyses virgam tenet; Israel olim Virtutem Domini sensit protectus ab illa. In terram projecit eam, Dominumque prophetæ Incarnandum prædixerunt; virgo sit anguis, Factus homo Deus est; Moyses fugit, impia Chri- [stum.

Plebs fugit, atque negat; serpentis postea caudam Hic tenet Ecclesiæ quæ Christi corpus habetur. Extremam partem credens Judæa tenebit. Vertitur in virgam coluber, qui venerat ante Mortalis Deus, apparebit crimina damnans.

§ XVII. *Quid significat exitus Israel de Ægypto* (Exod. xiv, 11).

(E Gemmeticensi.)

Israelitæ, nos; Phæreo, Satan; orbis Ægyptus; Baptismus, rubrum mare; rex submergitur undis, Et regnum Satanæ perit in baptismate; tendit Jerusalem populus, sed per deserto vagatur; 1215 Nos per desertum mundi vivendo vagantes Tendimus ad patriam cœlestem; plurima restant His carnalia prælia, spiritualia nobis.

§ XVIII. *Quid significat quod Domino loquente, in monte fumante stetit Moyses de longe, et Moyses accessit ad caliginem in qua erat Deus* (Exod. xx, 21).

Mons sumat, Deus hic loquitur, stat turba deor- [sum;

Accessit Moyses, idiotæ, turba, magistri, Dux populi, fumus obœcura parabola fertur. Cum Deus in sacra Scriptura mystica profert.

Stans hebetes longa, cupientes exteriora ;
Accedunt docti, scrutantur et interiora.

§ XIX. *Perimantur a Levitis adoratores vituli (Exod. xxxii, 27).*

Accinctus [*f. Accinctoꝝ*] gladio de porta præcipit
[ira.

Ad portam Moysees, fratres occidere. Res eat
Mystica: nam gladius est, verbum, portaque ori-
[men.

Culpa per hanc ad nos intrat, cum crimina doctor
Persequitur verbo, per singula transit
Accinctus gladio, de porta perveniendo
Ad portam, fratrem perimit, cum crimen in illo
Exstinguit; perit hic vitio, cui vixerat ante.

§ XX. *Quid Moyses videns posteriora Dei (Exod. xxxiii, 23).*

Cum elaret Moyses in petra prætereuntia
Terga vi tet, non ora Dei. Petra Christus. In illa
Stat Moyses cum gens permaxima credit in istum.
Non videt ora Dei; præsentem noscere Christum
Noluit hic populus; videt ejus posteriora,
Post mortem cognovit eum pars maxima credens.

§ XXI. *Explicatio mystica vistorum templi (Exod. xxxvii, 16).*

In mensa Domini phialæ cyathique parantur.
Per mensam pastus doctrinæ significantur;
Per phialas, verbi facundia maxima sacri.
Est cyathus mensura minor, minor ergo vocatur
Per cyathos verbi mensura: det utraque doctor:
Perlectis phialas, cyathosque minoribus, ut qui
Plus capiunt, plus inde bibant, minus inde minores.
In base sunt cherubim, sunt et bos et leo sculpti.
Ordo sacerdotum basis hæc, tert pondera templi,
Hic onus Ecclesiæ, cherubimque scientia plena.
Sic in presbytero perfecta scientia debet
Esse, bovis mansuetudo feritæque leonis.
Virtutes plantet doctrina, nutriat illas
Mansuetudine, peccatum feritate repellat.

1216 § XXII. *Explicatio mystica vestium sacerdotulium (Exod. xxxix, 1).*

Aurea pontifici pendebant incita vesti
Tintinnabula, malaque punica; mystica res est.
Vestis opus designat; tintinnabula, verbum;
Punica mula, fidem, quæ plurima grana sub uno
Cortice conjungunt; sic plurima corda honorum
Una fides nectit, simul hæc tris quisque sacerdos
Debet habere, fidem, doctrinam, religionem.

§ XXIII. *Cedrus et hyssopus in sacrificio (Levit. xiv, ser. LXX).*

Maclatam vitulam comitantur cedrus, hyssopus,
Coccus bis tinctus. Dum carnem mortificamus,
Maclamus vitulam. Per hyssopum significatur
Vera fides Christo. Petra Christus, Apostolus in-
[quit.

Æternæ vitæ corrumpi nescia cedrus
Spem mihi designat; coccus rubicundus, amoris
Flammam, qua pia mens ardet; bis tinctus utram-
[que.

Et per quam Deus, et per quam vicinus amatur.
Dum caro maclatur, virtus hæc trina sequatur.

A § XXIV. *Diffidentia vitanda (Num. xiii, 1).*

Exploratores Jericho tardasse diebus
Quadraginta dicuntur: cum castra redissent,
Judæis laudant regionis fertilitatem.
Non credunt, Deus arguit hos incredulitatis;
Quotque dies habuit legatio, jure tot annis
Differtur populo dubitanti fertile regnum.

§ XXV. *Avaritia punita (Num. xxxii, 1).*

Cum multas pecudes habuissent, pascua quærent
Extra Jordanem, nec amant habitacula terræ
Promissæ Ruben, Gad, dimidiusque Manasses.
Sic nimis intenti terrenis rebus avari
Extra cœlestem patriam remanere merentur.

§ XXVI. *Non indueris vestimento quod ex lana lino-
que contextum est (Deut. xxii, 11).*

B Vestem contextam lana linoque recusa.

Interius tegitur linum sub tegmine lanæ.
Accipe propter ovem per lanam simplicitatem,
Quam foris ostendit, relinens in pectore fraudem.
Lanam et linum qui fert veste, duplexque notatur
Qui prius in verbo fraudes animo meditatur.

§ XXVII. *Quid significat irriguum superius et inferius
(Josue xv, 19).*

Nata Caleph nobis animam designat; asellus,
Irritationales motus; asinum regit Axa.
Hæc regit, is regitur, animæ vis dignior illi.
Irriguum pater inferius dedit atque supernum.
1217 Sic suspiranti lacrymasque timore gehennæ
Dat Deus, et lacrymas patriæ cœlestis amore.

§ XXVIII. *Quid significat quod, Axa sedens super
asinum flens et suspirans petit a Caleb (Ju-
dic, i, 15).*

(In Gemmeticensi.)

Ut tradunt patres, animam notat Axa; jumentum,
Irrationabiles motus; regit Axa jumentum,
Et regit hos motus animæ vis dignior illis
Irriguum pater inferius dedit, atque supernum.
Sic suspiranti lacrymasque timore gehennæ
Dat Deus, et lacrymas patriæ cœlestis amore.

§ XXIX. *Quid significet Samson concutiendo columnas
templum evergens (Judic. xvi, 27).*

Samson significat Christum: subversio templi
Corporis occæum: Multos in morte peremit
Samson; post mortem Christi, dum crescit in orbe
Religio, vitis moriuntur quique fideles.

§ XXX. *De trino Samuele a Deo appellatione
(I Reg. iii, 4).*

D Quare ter Samuelem vox divina vocavit,
Cum tamen audiret sub prima voce vocantem;
Officium trinum notet ista vocatio trina,
Namque propheta, sacerdos, dux erat ille futurus,
Sicque ducem, sic pontificem vocat atque propheta-
[tam.

§ XXXI. *Lenitas sermonis iratos placat
(I Reg. xvi, 23).*

David per citharam potuit lenire furorem
Regis, nos iram blando sermone potentum.
§ XXXII. *Quid significet Abner a Joab in inguine per-
cussus (II Reg. iii, 27).*

Abner presbyteros signat sermone Latino.

atris est Abner, Deus est pater, et pater illos
in doctrina, quam vita et lumine mundo.
Deus percussit Joab hunc. Joab hostis apud nos
est, et generis humani denotat hostem.
Deus sacerdotem prosternit subdolis hostis
luxuriae, Joab inguine percussit Abner.

III. *Quid signent Bersabee, David et Urias*
(II Reg. xi, 3).

(In Gemmeticensi.)

Lex est. rex David Christus, Urias
Christi. Regi nuda puella placet.
Christi placet Christo lex non veetita figuris ;
Christi fert Judæis hanc, sociatque sibi.
Christi non vult intrare domum, nec spiritualem
lectum plebs Israel ingreditur.
Christi fertur, per scripta perit deceptus Urias ;
Judæus scripta sequendo perit.

§ XXXIV. *Apparens injustitia, fit quandoque*
justitia (II Reg. xvi, 4).

Christi am Miphiboseth David divisit inique
Christi am servumque suum Siba. Reddidit illi
Christi vritis Deus hoc in potestate receptis.
Christi eroboam servum Roboamque nepotem
Christi dividit regnum Deus : ultio digna.

V. *Quid significet puer ab Elisæo suscitatus*
(IV Reg. iv, 29).

Christi duoque etiam mss. Gemmeticensibus.)
Christi fertur puero fertur misisse propheta
Christi amulum virgam ; profuit illa nihil.
Christi fertur] venit ad formam pueri se mensus ;
Christi fertur] eundem
Christi am revocat ; denotat hoc aliud.

Christi fertur] virga, cliens Moysen, Dominumque pro-
Christi fertur] pheta.
Christi fertur] omnes nos significare potest.

Christi fertur] a per Moysen, peccati morte sepultum
Christi fertur] valet humanum vivificare genus.
Christi fertur] a ad formam servi contraxit, et ad nos
Christi fertur] venit ; humanum suscitavit inde genus.

VI. *Quid sagittæ a Jona Elisæi jussu directæ*
(IV Reg. xiii, 14).

Christi fertur] E duobus etiam Gemmeticensibus.)
Christi fertur] præcepit Elisæus ut afferat arcum,
Christi fertur] sagittas ; rex affert ; aperire fenestram
Christi fertur] rex aperit : Jace, dixit ; at ille sagittam
Christi fertur] mystica res hæc est, aliudque notatur.
Christi fertur] a lex arcus cornu, velus et nova chorda ;
Christi fertur] a rigens cornu flectit, velerieque rigorem
Christi fertur] b historia nova flectit ad allegoriam :
Christi fertur] a sagittæ sunt ; rex, doctor ; aperta fenestra,
Christi fertur] a lux est. Prius hæc respondeat intus,
Christi fertur] a ceat doctor, jaciaturque docendo sagittam.

VII. *Nabuzardan, typus Sitanæ gas'rimar-*
giam suadentis (IV Reg. xxv, 8).

Christi fertur] Nabuzardan destruxit rex Babylonis
Christi fertur] a Jerusalem, princeps erat ille coquorum.
Christi fertur] a blylonia rex Satanus, princepsque coquo-
Christi fertur] rum
Christi fertur] a ; Jerusalem cœlestis mœnia, justi,

A Unde Petrus : Vivos lapides vos ædificatos.
Spiritus immundus per ventrem sæpe fefellit.

§ XXXVIII. *Job testa saniem radens. Penitentia*
(Job. ii, 8).

(E Gemmetic.)

Peccatum sanies ; sanies hæc defluit extra
Cum crimen de corde foras confessio mittit.
Asperitas vitæ per testam significatur.

Job saniem radit testa, cum crimina quisque
Confessus, tergit, dure vivendo, reatum.

1219 § XXXIX. *Quid Behemoth absorbens fluvium*
(Job. xl, 18).

(E Gemmet.)

Absorbet fluvium Behemoth, aperatque quod ori
Influat illius Jordanis. Mystica verba.

B Humanum genus hic Behemoth absorbit ante
Baptismum ; modo baptizatos tentat habere.

§ XL. *Quid significet quod dicitur Job : Nunquid ex-*
trahere poteris Leviathan hamo ? (Job. xl, 20.)

Piscator Pater est ; mare, mundus ; Filius, hamus ;
Esca, caro ; Deitas, ferrum ; generatio Christi,
Linea. Leviathan piscis dum devorat escam
Occidens carnem, captus Deitate tenetur.

§ XLI. *Quid ignis in Sion, et cinis in Jerusalem*
(Isai. xxxi, 9).

In Sion ignis, in Jerusalemque cinis ;
Visio Jerusalem, pacis speculatio Sion ;
Sion Ecclesiam præsentem denotat, unum
Mens quasi de longe Dominum speculatur ; in ista
Ignis amoris adest, sed non plenus ; sed in illa
Jerusalem plenus ubi paxque [f. paxque] Deus-
[que videtur.

Unde propheta refert : Hic ignis, ibique cinis.

§ XLII. *Quid significet in Ezechiel stans et sublimis*
et terribilis rota (Ezech. i, 18).

(E Gemmet.)

Scripturam rota, stans quia mores dirigit ; altu
Colum promittens, terribilisque minans.

§ XLIII. *Quid luctus carmen et væ* (Ezech. ii, 9).

Mentis in excessu datus est liber Ezechieli.
In libro luctum, carmen, væ scripta videbat.
Pagina sancta liber, qui prædicat hæc tria nobis ;
In terra luctum compunctis, in paradiso
Carmen lætitiæ, reprobis mala, væque gehennæ.

§ XLIV. *Quid aqua tenebrosa in nubibus aeris*
(Psal. xvii, 12).

D Doctrinam per aquam, per nubes sume prophe-
[tas.

Ut Psalmista refert, in nubibus est tenebrosa
Hæc aqua : nam scribunt obscure multa propheta.

1220 § XLV. *Organa in Salicibus a populo Dei*
suspensa (Psal. cxxxvi, 2).

Ut fertur, salices sunt in medio Babylonis.
Hæc arbor sterilis steriles notat, actio quorum
Fructum non affert, sed sunt confusio mundi.
Doctrinam tales fugiunt : quapropter in illis
Organa suspendunt, maluntque tacere magistri,
Quam sanctum canibus, quam gemmas tradere
[porcis.

§ XLVI. *In tympano et choro laudare Deum*
(*Psal. CL, 4*).

Exprimitur per tympana mortificatio carnis :
In choro chorus est concors, cum religiosus
Mortificat carnem, discors a moribus horum
Cum quibus est, laudat Dominum per tympana, sed

[non
Vocis chori. Laudes in utroque referre jubetur,
Ut se mortificans concors cum fratribus adsit.

§ XLVII. *Frustra jacitur rete ante oculos pennatorum*
(*Prov. I, 17*).

Coram pennatis tenduntur retia frustra.
Virtutes pennas, pennatos accipio justos.
Retia, peccati laqueos a dæmone structos,
His opponuntur frustra, quia talia vitant.

§ XLVIII. *Circulus aureus in naribus suis [seu porci]*
mulier pulchra et fatua (*Prov. XI, 22*).

Stulta decensque simul mulier, quasi circulus
[auri
Est in nare suis, quæ cæno volvitur; aurum
In cæno decor est in stulto corpore; cænum
Sordidat aurum, sordidat insipientia formam.

A § XLIX. *Salomon a matre coronatur* (*Canf. III, 11*).
Quomodo suscepit Salomon a matre coronam.
Est Salomon Christus, mater Synagoga; corona
Spinea de spinis Christo dedit illa coronam.

† § L. *Quid significat quod solemnitas Paschæ celebra-*
batur per XL dies.

Ad plus octo solent celebrari festa diebus,
Pascha quater denis, cur hoc sit quæritur, audi,
Per quadraginta morti se tradidit horas
Tam cruce quam tumulo Christus, totidemque
[diebus

Festa resurgentis celebramus ad ejus honorem.

† § LI. *Quid significat quod populus cum libertate ad*
victum frugem recepit, cum vero ad semen factus
est servus.

B Accepit fruges ad semen servus, ad esum
Liber in Ægypto populus, res ista notanda.
Est liber cui multa licent, cui regula laxa;
Si sacro verbo pascatur, liber ad esum
Accepit frugem, si verbi semina quærit.
Et fieri doctor, Domini sit servus oportet.

(61*) S. HILDEBERTI

CENOMANENSIS EPISCOPI

IN PRIMUM CAPUT ECCLESIASTES.

(*E. ms. olim Elnonensi, nunc Regio, n. 274, n. 274, ann. circ. 500.*)

1221 § I. *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, et*
omnia vanitas (v. 2).

Rex Salomon clarus, sapiendi semper avarus
Ingenii lima rimatus summe vel ima,
Cum mutare statum discerneret omne creatum,
Sive per augmentum, vel quodlibet interimentum
[f. impedimentum],

Vocis satis sana percensuit omnia vana.
Vanum clamavit, mutabile significavit;
Omnia clausa locis tenet hujus regula vocis.
Atque per ætatem quidquid capit alteritatem,
Ut loquar expresse, quidquid, quod non erat, esse
Vanum censetur, quia quodam sine tenetur:
Est quoque finalis, cum sit quandoque localis
Ordo supernorum gradibus qui crescit honorum.
Et tunc mutatur cum nobis officatur;
Sed genus humanum multo magis autumo vanum:
Est vanum plane; quia sit per corpus inane,
Quod sua putredo sorbet ceu ligna teredo.

§ II. *Quid habet amplius homo de universo labore*
suo quo laborat super terram (v. 3).

Ergo cum talis natura sit andropodalis,
Ut quid multarum sibi flacus divitiarum?

(61*) Sic in ipso ms.

(62) Forte *zinzivas*, et, ut suspicor, hæc ab ipso

C Quid mundi flores, quid falsos ambit honores?
Quod male servavit, vel quod stulta cumulavit,
Heres disperget mors hunc sub tartara marget:
Nil tollit secum nisi pectus crimine cæcum.

§ III. *Generatio præterit, et generatio advenit; terra*
autem in æternum stat (v. 4).

Omne genus gentis, velut undæ more fluentis,
Nunc sibi nascendo succedit, nunc moriendo.
Gens gentem trudit sua quam generatio iudit:
Quos nunc præentes, mox cernis deficientes.
Rex cæli demum dabit ignem, quando supremum,
Ut Patres scribunt, elementa quaterna peribunt;
Non sic ne plus sint, sed scilicet ut melius sint.
A cladum morbis postquam purgabitur orbis.
Incipiet vere tunc terra piata manere.

D § IV. *Oritur sol et occidit, et ad locum suum reverti-*
tur (v. 5).

Cursu solari voluit Deus ista probari,
Et per majoris legem monstrare minoris.
Sol oriendo quidem semper redit alter et idem:
Nunc premit auroram, nunc occiduum tenet oram.
Hic nunc emergens, nec ad declivia vergens,
1222 Accelerat rursus zinzivas (62) visere cursus.

inventa dictione orbicularis solis recursus voluit in-

Ipsius occasus homini cuidam quasi suasus,
Rerum naturas ut cogitet interituras.

§ V. *Ibiq; renascens gyrat per meridiem, et flectitur
ad aquilonem, etc. (v. 6).*

Pneuma vocat solem, quia verno tempore molem
Vivificans terræ, calefaciat germina ferre;
Nunc manet obliquus, ne rebus fiat iniquus;
Sic faciens namque zonam moderatur utramque,
Ne sint algores nimii, nimirum calores.

Cum se sustollit, borealia frigora mollit.

Post hiemes mœstas tunc omnia recreat æstas.

Brumali plaustro cum sit divexus in austro,

Hunc confert quæstum, quod rebus temperat æstum

Telluria fessæ quasi partus ejus esse

Venter cesaret, per idem si cuncta gravaret.

§ VI. *Omnia flumina intrant mare, et mare non re-*

dundat. Ad locum unde, etc. (V. 7.)

Quamvis cunctarum labens decursus aquarum

In mare se fundant, nunquam tamen inde redun-

plant,

Quas physici cuncti dicunt salsugine ponti

Estu siccatas a sæclis esse voratas,

Non affirmamus, nec certo teste probamus.

Nam si deficerent, recreari rursus haberent;

Sed postquam Plastes, ut post probat Ecclesiastes,

Sabbata sacravit, mundo nova nulla creavit.

Extunc ætatis nil est ortum novitatis:

Stirps durat rerum quas sex dedit ordo dierum;

Durat origo vetus, factor manet ipse quietus.

Ergo fluunt rivi, refluunt verum recidivi.

Ortus ad sedem lymphæ revocantur eadem;

In mare fluxere, vaduat, veniunt rediviva.

A factore datus patet in tellure meatus

Nomine terra maris; per aquas homo significaris,

Defluis in terram, nec implet ejus acerram.

Suscipit e primo formata cadavera limbo

In sæcli meta; nunquam tamen ipsa repleta;

Sed genus ali-orptum meliorem reddit ad ortum;

Hoc corruptivum quando surgat red vivum.

§ VII. *Cunctæ res difficiles, non potest eas homo
explicare sermone: Non saturatur, etc. (V. 8.)*

Leges occultas rerum illi nulla facultas,

1223 Vel linguæ nisu fari, vel cernere visu,

Auris non audit, nec homo quis pectore claudit.

Nulli mandritæ præsentis tempore viæ

Naturæ causas conceditur edere clausas.

Cuncta per ænigma modo discimus aut paradigma;

Nam modo per partes rerum cognoscimus artes.

(63) Forte *patriciorum*, seu illustrium avorum
suorum,

(64) *Claxendice*. Claxendix a D. Ducange in Glos-
sario Latino dicitur classicum, seu tuba militaris
unde in Vita S. Wilfridi, cap. 25,

Claxendix tonuit, comites rex promptus auxil.

Potest etiam dici classici ipsius tegumentum. Unde
Priscil. lib. Claxendix est concha, qua signum re-
gitur. Ibid. Ducangius citat Glossam mæ. S. Ger-
mani n. Patria, ubi sic habetur: *κλασσίνδξ* quasi
καλασσίνδξ a *καλίω* voco; vel custodia tubæ, id est

A Sed pia quando Dei vestræ facies faciel

In re parebit, tunc nobis omne patebit.

Tunc homo vere dabit condense videre.

§ VIII. *Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est;
nil sub sole novum, etc. (V. 9 et 10.)*

Redditur huic mundo quod abiit jam pereundo,

Et nascetur idem quod habebant sæcula pridem.

Nam res sublatae sunt semine recipiatæ,

Nempe per ætatem conservant posteritatem;

Omni quippe rei etat linea progeniei.

Sic præsens disco fuerat quod tempore prisco

Exponendo brevis occet quæstio nodum.

Mors hominem stravit, genus et specios reparavit

Diversum numero, sed eundem nomine vero;

Nomen enim verum dat diffinitio rerum.

D Hic, quæ distentat res materialis identat.

Per cujus munus plures homines velut unus

Unica res essent, si circumstantia cessent

Disociata locis, et euntis passio vocis.

Hic est mortalis ratione vicens animalis,

Alter ad id natus ratione vicens animatus;

Sed non est talis, quia res individualis.

Unum noscetur si diffinitio datur,

Univocum nomen rationis auscipit omen:

Unum sunt ergo; quod si per cætera pergo,

Lege pari functa veniet substantia cuncta

Arboream plantæ species est quæ fuit ante

Arbor, et arbor arbit, generis successio stabit.

Herbæ marcescunt, sed per semen revirescunt.

Sæcli vorago, quod prima creavit origo,

C Ceu matris permen resovet per tempora semen,

Quod Deus æternat, quod multiplicando gubernat.

§ IX. *Jam enim præcessit ante nos. Non est priorum
memoria, etc. (V. 10 et 11.)*

Non est gestorum memoria præteritorum

Nec sunt visuri præsentia nostra futuri.

Ecce silent anni quod commisere tyranni,

Magnificas pompas cum nunc, oblivio rumpas.

Sunt tituli stulti, stulta cum carne sepulti,

Mundi tetrarchæ, prætores atque monarchæ.

Reges patricum (63) sub claxendice (64) silentum.

Vilior est pulvis quorum ripensibus ulvis;

Spernit enim tales per quem non esurit alas

Sic bene mundana pronuntiat omnia vana:

Ergo regalis sententia stat generalis.

§ X. *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Jerusalem
(v. 1.)*

Posi patrem David Salomon rex induperavit.

1224 Id rebus gestis ut notat scedula testis,

concha qua legitur tuba, seu vexillum parvum quod
illi adhæret. Sic igitur, ut putamus, possent intel-
ligi hi versus:

Sunt tituli stulti stulti tum carne sepulti.

Id est stulti memoria cum ipsomet sepelitur, nec
hujus oblivionis sunt expertes ipsi etiam tetrarchæ,
reges, etc. qui aliam oblivioni, ut majores sui, quo
in altum silentium quasi sub claxendice, id est
ultima oblivione ita sepeliuntur, ut tandem processu
temporum nulla de ipsis fiat memoria.

Quem Deus eximia plus andropotale sophia (65)
 Cœlitus instaurat, mundi quoque rebus inaurat;
 Cui res jucundæ fluxerunt semper abunde;
 Qui magnus sensu, magnos quoque divite censu,
 Præcessit cunctos etiam dialemate functos.

§ XI. *Et proposui in animo meo quærere, etc. Hanc
 occupationem pessimam (v. 13).*

In mundi gyro quæ liant ordine miro,
 Cum rex ignorat, sapienter scire laborat
 Nutu divino, caeue labent inopino.
 Cur teneros artus ipso quoque tempore partus
 Dæmonis ira liget, vel discorpendo fatiget;
 Æquus cum nequam cur cladem perlerat æquam,
 Naufragioque plus pereat, seu sortis alius;
 Cur animas mundas, Deus, hæc in corpora fundas,
 Per quæ probrosæ, perque fiunt varirosæ (66).

A Res has mundanas, aut istis assimilandas
 Carne morans ullus non indagabit omullus (67),
 Cum maneant illo Deitatis clausa sigillo.
 Quæ si decernat fieri, qui cuncta gubernat,
 Mensura, numero veniunt et pondere vero.
 Si sors credatur, provisio summa negatur.
 Talibus intendens, et in hoc quasi se reprehendens,
 In semet discit quod ad hoc homo quisque fatiscit,
 Cum eo cessari videt ista minus penetrari;
 Mox quoque compescit qui talia cuncta capescit.
 Comprimit audaces qui tentant esse capaces,
 Pessima pœnalis cum sit præsumptio talis.
 Nam Deus offensus reprobos incurrere sensus
 Dat permittendo, qui perstant discutiendo.
 Detestandus eris qui talia noscere quæris.

EX NOVO TESTAMENTO.

§ I. *Cur Christus de desponsata nasci voluit (Matth. i, 20).*

(In Gemmetic.)

Cur voluit de desponsata Virgine nasci
 Christus; causa fuit quia si foret innuba prægna
 Mox lapidaretur, pariensque clientis agebat [f con-
 [sortis egebat:]

Et ne dæmonibus manifestus Virginis esset
 Partus, desponsata fuit; seriemque parentum
 Per Joseph, non per matrem Scriptura referret.

§ II. *Quid significant tria Magorum munera (Matth. ii, 11).*

(In Gemmeticensi.)

Dat magus aurum, thus, myrrham; rex suscipit au-
 [rum;

Thura, Deus; myrrham, qui moriturus erat.
 Thus orando damus, aurum sapiendo superna,
 Myrrham dum carnis mortificamus opus.

§ III. *Semen varie cadens (Matth. xiii, 18).*

Petra capit semen, via, sentes, optima terra;
 Aret, aves comedunt, suffocant, fructificavit.
 Verbum, ser.en; ager, mundus; petra, qui bene
 [capit,

Bed radice caret, cui deficit humor et aret.
 Est via, cum verbum venit ad cor et illico transit.
 Hoc volucres comedunt, hoc nequam spiritus au-
 [fert.

Spinae suffocant semen, cum divitiarum
 Sollicitudo, Dei verbum de pectore tollit.
 Ter deum fructum Domino fert copula casta,
 Est duplex viduæ, centenus virginitatis.

§ IV. *Una merces variis horis ad cinem laborantibus (Matth. xx, 8).*

(In Gemmeticensi.)

Vinea culta Dei plebs est, infantia, mane;

(65) Forte id est, eximia supra capacitatem hu-
 manam sapientia ditaverat.

(66) Id est forte maculosæ, dictione composita a

B Flamma juventutis, quasi tertio; nona, virilia
 Ætas jam frigescens; undecimamque, senectam
 Accipimus. Dum mane puer, juvenisque sub æsto,
 Vir circa nonam, veterane vespere sunt
 Cultores, prelium datur unum, vita pereantia.

§ V. *Duo cæci de Jericho a Christo sanati quid desi-
 gnent (Matth. xx, 29).*

Exit de Jericho Christus, cæcisque duobus
 Dat lumen. Jericho mundus moriendo relinquens
 Mundum, Judæo, gentili lumina Christus
 Dat fidei, quos fecerat ignorantia cæcos.

Aliter de eodem.

(E Gemmetic)

C Exit de Jericho Christus, dat lumen utrique
 Cæco; de mundo moriens exivit, utrique
 Dat fidei lumen, gentilibus, Israelitis.

§ VI. *Nummus Christo oblatus quid significet (Matth. xxii, 20).*

(In Gemmetic.)

Quale metallum sit, quod pondus, cujus imago
 Quæritur in nummo; sic in doctore metallum,
 Sermo, figura, patris sententia, pondus, honestas.

§ VII. *Quid unum, duo et quinque talenta (Matth. xxv, 15).*

Dat dominus servis unum duo, quinque ta-
 [lenta.

Quinque talenta figurant sensus quinque; duobus
 Designantur et actus et intellectus; in uno
 Intellectus; in intellectu quisque peritus,
 Peccat, cum per doctrinam nihil ipse lucratur.

Qui sua pauperibus tribuit, qui quinque paravit
 Sensibus, hic domino lucra fert de quinque ta-
 [lentiis.

Qui verbo et vita prodest, fert lucra duorum.

dictione Vari rorum quæ maculas faciem deturpan-
 tes significat.

(67) Forte homullus, sive homuncio.

I. *Cur Christus tres discipulos secum oraturus assumperit* (Matth. xxvi, 37).

tribus assumptis, ter Patrem Filius orat, idum nobis pro tribus insinuat;

t præteritis, instantibus atque futuris, **¶** Quæ vel contraxit mens mala, lingua, ma-

tur prudens, sis fortis, nec tibi quidquam, Deo totum, quod dedit attribuas.

strus agnoscens, supplantans Jacobus, isque is commendat gratia nomen (68), agit.

Quid significat quod in passione Domini ager est triginta argenteis in sepulchrum peregrini (Matth. xxvii, 7).

(Gemmet.)

esiam notat emptus ager mercede cruoris, creare Dei fuit hæc, datur ad tumulandum.

er hospitibus qui mundum deserit hospes defunctus mundo; talisque sub ara

is requiescit ad exteriora sepultus. *Angelus candidus et fulgurans quid significet*

(Matth. xxviii, 3).

elus in cultu candorem, fulgur in ore Hoc significans, quod justis blandus, ini-

illis veniet, quem vivere nuntiat illo. *Quid designet pectus apostolorum* (Marc.

i, 17).

or Pater est; mare, mundus; Filius, ha-

uro; Deitas, ferrum; generatio Christi, Leviathan piscis dum devorat escam.

na carnem, captus Deitate tenetur. *Granum et semen accustum quid designet*

(Marc. iv, 20).

pit fruges ad semen servus; ad esum n Ægypto populus. Res ista notanda.

er cui multa licent, cui regula laxa. ro verbo pascatur, liber ad esum

at frugem; si verbi semina quærit, doctor, Domini sit servus oportet.

II. *Quid sindonis rejectio* (Marc. xiv, 52).

res mundanus (69) pro religione relinquit, hic hostes abjecta sindone nudus.

Turtur et columba in sacrificio quid designent (Luc. ii, 24).

(Exstat in ms. Colb. n. 1367.)

ia turturis atque columbæ, mystica res

tur castus, simplexque columba pudore. mens turtur, sit simplicitate columba.

apta Deo, sic fides hostia sancta, *Vanzæ invitatorum excusationes* (Luc. xiv,

20).

, boves, uxor cranam clausere vocatis; s, cura, caro claudunt æterna renatis.

Id est Joannes.

gemmet, humanas, et mox hostes evadit pro

A 1227 § XVI. *Quid oris et drachma recuperatas* (Luc. xv, 4).

Pastor ovem, drachmam mulier cum lumine te-

Quærit, et invento gaudet uterque suo. Pastor, lux; testa, mulier, Verbum caro factum.

Est ovis, est idem drachma redemptus homo. Hinc cæli gaudent, quorum supplere ruinam

Cernitur inventus, sicque reductus homo. § XVII. *Varius dicitis et Lazari vitæ exitus* (Luc.

xvi, 24). Dives, pauper, habet, quærit, negat, exit uterque, Dives ad interitum, Lazarus ad requiem.

Hic micam petit, hic digitum; sed mica negatur: Ergo nec accepit lingua refrigerium.

Illum circumdant arsurum purpura, byssus: Hunc nudum vitæ suscipit ecce sinus.

§ XVIII. *Quid significat quod discipuli cognoverunt Dominum in fracture panis* (Luc. xxiv, 35).

Panis significat Scripturam, frangere panem, Est exponere Scripturas, cognoscitur inde

Christus cum sensus aperitur spiritualis. § XIX. *Quid sex nuptiarum hydræ designent* (Joan.

ii, 6). Sunt hydræ mentes doctrinæ fonte repletæ. Historicus sensus, aqua; vinum, spiritualis.

Cum nos historiam revocamus ad allegoriam, Tunc aqua fit vinum. Quia sex ætatibus orbis

Volvitur, hæc hydræ scribit eæ esse Joannee. » XX. *Quinque viri Samaritanæ et sextus non illius*

vir, quid innuunt (Joan. iv, 9). C Quinque viros habuisse refert Jesus Samaritanam

Ad puteum, nec vir sextus, ait, tuus est. Quinque viros Moysi libros licet intuearis,

Israel, hic primo subditus ille fuit. Sed dum carnalem sensum, Judæa, requiris,

Hic tibi jam sextus vir tuus esse nequit. Hoc tibi dicebat bonus ille magister et auctor,

Dona suæ tribuens vivificantis aquæ. Si, lector sensum moralem quæris in istis,

Quinque viros sensus corporis accipias. His ei te credis tanquam rectoribus, erras.

Error et hic sextus, non tamen ille vir est. § XXI. *Quinque panes multiplicati* (Joan. vi, 9).

Panes quinque, duo pisces dat quinque virorum Millibus, et satiat Deus hos, aliudque notavit.

Quinque libri Moysi sunt panes quinque; pra-

Et psalmi, pisces duo, millia quinque figurant Perfectos homines, qui sensus quinque refrenant

1228 Ne per eos peccent. Qui fert, Hebræorum Est populus, qui fert legem, sed nec sibi panes

Ille, nec iste sibi legem fert; pane reali Turbæ pascuntur, nos vero spirituali,

§ XXII. *Cæcus sanatus missus ad Siloe quid significet* (Joan. ix, 7).

Cæcus abit, lavat, isque videt, quid significatur?

eff. h. hostes.

(70) Id est lucernæ scilicet.

Unctus collyrio mittitur ad Siloe.
Terra, saliva, caro, verbum, baptismatis unda,
Fons Siloe, cæcus lumine mentis egens.
Hunc, tradendo silem, linis, mergendo sub unda
Abluis, hic donis lampade justitiæ.

§ XXIII. *Quid Lazarus et ejus tumulus denotent*
[Joan. xi. 59].

Mors mala, mors intus; malus actus, mors foris
[usus,

Tumba, puella, puer, Lazarus ista nolant.
Dixi quid tumulus designat quatruiduani,
Dicam quid tumuli singula quæque dies.
Prima dies, Adæ peccatum; lex rationis,
Altera; lex vetus est tertia; quarta, nova.
Dum tres transgredior leges in crimine natus,
Est per quatruiduum Lazarus in tumulo.

§ XXIV. *Trina Petri negatio, trina confessio* (Joan.
xxi, 15).

Ter Dominus Petrum rogat an se diligit, an
[non,

Ter Dominum Petrus se prorsus amare fatebitur.
Non sine re fuit hoc; sicut damnaverat illum
Trina negatio, sic confessio trina piavit.

Aliter Gemmeticensis duos primos versus sic ha-
bet:

Scit Dominus, rogat ille tamen si diligit ipsum.
Petrus, ter rogat ille, ter iste fatebitur amare.
Non sine re, etc.

§ XXV. *Quid significant tres mortui a Domino resu-*
scitati et quid quatuor dies quatruiduani.
(Gemmet.)

Mors mala, etc., ut supra § 23.

§ XXVI. *Templum Dei estis* (1 Cor. iii, 16).
Fundamenta, fides; paries, dilectio duplex,
Tectum, spes: templum pectoris efficiunt.

1229 ALIA VERSUUM ARGUMENTA.

(Ex eodem S. Mariani ms.)

§ I. *Ecclesia Dei mysticus est paradisus.*

Spirat odor florum, tactus spiramine quorum,
Etsi non fessus, tamen hic volo sistere gressus,
Ut recreem visum spatiando per hunc paradisum.
Denotat Ecclesiam paradisus, et in paradiso
Est lignum vitæ, Christus in Ecclesia.

Cætera ligna, viri justii; fructus, bonus actus.

Quatuor ex uno flumina fonte cadunt,

Sic Evangelii sunt libri quatuor; horum

Nos doctrina regit, fructiferosque facit.

Lignum per quod Adam quæ sunt bona, quæ mala
[novit,

Libertas nostri dicitur arbitrii.

§ II. *De justa justitiæ administratione.*

Quando facit mihi justitiam pro munere iudex,
Exsequitur justum non juste. Cum facit idem
Justitiam pro justitia sine munere, justum
Exsequitur juste. Duo commendantur in illo,
Mens et opus: mentem Deus, et plebs, approbat
[ictum.

(71) Hi duo versiculi, nondum editi, reperiuntur in ms. codice Turon. n. 115.

A § III. *De judicio interiori.*

(E duobus Gemmeticensibus.)

Sunt in judicio personæ quatuor: una
Est accusator; reus altera; tertia testis;
Judex quarta: manus tortoris crimina punit,
Has in me video personas, sum reus ipse;
Accusatrix est meditatio, conscia [conscientia] tes-
[tis:
Mens, ratio, iudex, torquet me terror averni.

§ IV. *Quid divisio corporis Christi in tres partes si-*
gnificet.

Signant tres partes Christi de corpore; prima
Ipsius carnem, sanctosque secunda sepultos:
Aut delinctorum purgatos, prima; secunda
Qui purgantur adhuc; viventes tertia, sanguis
Martyrii pars est; in sanguine tertia tincta.

B Martyrii calicem gustant in carne fideles.

Exstat et in Colb. 1367, sed brevius, hoc modo:

Tres partes factæ de Christi corpore signant.
Prima suam carnem, sanctosque secunda sepultos:
Tertia viventes; hæc est in sanguine tincta.
Martyrium [f. martyrii] calicem gustant in carne
[fideles.

§ V. *Quid varix stationes ad altare.*

Quid statio dextra signet, vel parte sinistra,
Vel quid per medium signetur, quæ sit ad aram
Noscat qui poterit, eed notum postea prosit.
Nos in principio Dominum fecisse beatos
Dextera designat, breviterque manemus in illa:
1230 Cedimus ad partem, culpa ducente, sinis-
[tram.

C Hic evangelicus credentibus ordo refertur.

Rursus per mediam mediator noster ad urbem
Olim semirutam, proprium fundendo cruorem,
Ducit conservos in dextra parte locandos.

§ VI. *Vetus Adam a tribus victus.*

Vicit Adam veterem gula, gloria, vana cupido.
Dum comedit vetitum, gula vincit; gloria, dum
[vult
Ut Deus esse; cupido, dum vult omnia scire.

§ VII. *Quid nos faciat peccare.*

(Gemmet.)

Quatuor esse reum faciunt; suggestio primum,
Delectatio, consensus, defensio: dæmon
Suggestit, et caro delectatur; spiritus illi
Consentit; culpam defendit lingua proterva.

D Sic suscit serpens, est delectata virago;

Adam consentit, nisus defendere culpam (71).

§ VIII. *Quid significet tonsura clericalis.*

(Exstat in Colb. n. 1367.)

Ut capitis rasura refert [Colb. docet], rex atque
[sacerdos.

Clericus est: præsul fert mitram, rexque coronam.
Accipitur quasi mitra quod est in vertice rasum;
Qui subtus remanent, sunt ipsa corona, capilli.

§ IX. *Cur tempus paschale per dies quadraginta*
celebratur.

Ad plus octo solent celebrari festa diebus;

Pascha quater denis. Cur hoc sit quæritur; audi.
Per quadraginta morti se tradidit horas,
Tam cruce quam tumulo Christus; totidemque
Festa resurgentis celebramus ad ejus honorem.

§ X. *Quid significat quod solemnitas Paschæ per quadraginta dies celebratur.*

Cum soleant actis compleri festa diebus,
Cur complent quadraginta dies solemnitas Paschæ?
Christus mortuus est horis quadraginta; quot horis
Discipuli fuerant tristes de morte, resurgens
Lætificat totidem famulorum corda diebus.

§ XI. *Nos, Job et Daniel significant tres in Ecclesia ordines.*

(Habetur et in ms. Colb. 1367.)

Job, Daniel, Noe sunt salvandi, teste propheta,
Trinus in Ecclesia viget ordo vocatus in istis.
Uxoratos Job, Daniel se mortificantes,
Rectores Noe significat. Fuit ille maritus,

§ XIII. *De Nativitate et passione Domini*

Preco	Puella	Deus	Grex	Pastor	Stella	Sabæus
Fert,	parit,	Irrotat,	stupet,	audit,	ducit,	adorat;
Hic Genitrix	Joseph	Christus	Nicodemus	abstrahit	amicus	hic flet
Cernit	deponit	deportat	abstrahit	abstrahit	amicus	tristis amicum.
Natum,	doctorem,	crucem,	clavos,			

A Carnem mortificans Daniel, Noe rector in arca
Pristinum [*f. Pistinnus*]; lectus, ager assignantur
[eisdem
Ordinibus: mola signat mundana; quietem
Lectus; ager populum, mola sponsus [*Colb. sponsis*
[est data lectus
Contemplativis agricultura magistris.
Ordo quisque duos reprobum gerit atque fidelem.
1231 Hic manet ad peccam raptus; capit ille co-
[ronam.

§ XII. *Judæi Barabbam Christo præferentes, culicem liquant.*

Cum possunt solvi Barabbam, Christumque ne-
[cari
Judæi, culicemque liquant, sorbentque camelum.
Accipe per culicem Barabbam, quia læditur, utque
B Ore culex, Barabbas gladio, Christumque camelus
1232 Signat; fert onus hic, et mundi crimina
[Christus

§ XII. *Judæi Barabbam Christo præferentes, culicem liquant.*

Cum possunt solvi Barabbam, Christumque ne-
[cari

Judæi, culicemque liquant, sorbentque camelum.
Accipe per culicem Barabbam, quia læditur, utque

B Ore culex, Barabbas gladio, Christumque camelus
1232 Signat; fert onus hic, et mundi crimina
[Christus

VEN. HILDEBERTI

CENOMANENSIS EPISCOPI

INSCRIPTIONUM CHRISTIANARUM LIBELLUS

E ms. codice n° 117 mod. et 164 vet. Turon. Biblioth. XII sæcul. primum editus a
J.-J. BOUASSÉ canonico Turon.

1232 I. *Dei æternitas.*

Majestas Domini non est obnoxia fini;
Nescit finire, sic nescivit oriri.

II. *Adæ peccatum.*

Esul homo felice domo vescens male pomo,
Ob culpæ meritum venit ad interitum.

III. *Quid significat quod Dominus dixit serpenti
« Pectore et ventre repes. »*

Antiquus serpens mihi serpit pectore, si quid
Cogito luxuriæ; si rem perlecero ventre,

IV. *Veteris Testamenti patriarchæ.*

Dux in aquis Aræ prior, et alii patriarchæ
Sicut sunt nati, sunt ordine quique notati.

V. *Vir sanctus Job.*

Vir fuit in terra, Job nomine, vir sine guerra.

VI. *Moyses percussit petram in deserto.*

Bis silicem virga dux percussit atque propheta.
Ictio bina ducis sunt duo ligna crucis.

VII. *Virga Jesse.*

C Virga parit florem, licet arida, flosque saporem.
Sic Deus ex Jesse cepit carnaliter esse.

VII. bis. *De Virgine Deipara.*

Virginitas peperit; sed si quis quomodo quærit,
Non est nosse meum, sed scio posse Deum.

VIII. *Angeli pastoribus Salvatorem natum nuntiant.*
Turmas pastorum vox exhilarat superorum.

IX. *Christus infans in præsepe.*

Virgineum partum præsepe capit satis arctum.

X. *De duplici Christi natura.*

Nostræ naturæ deitas unita refertur;

In Christo sic sunt dives egensque simul.

XI. *Christus infans a Virgine lactatur.*

Res nova lactatur super æthera qui dominatur.

Factor factus homo gaudeat omnis homo.

XII. *Magi ab Oriente veniunt.*

D Ad præsepe Dei veniunt reges Nabathæi.